

Miles inquam talis et securis interimit et interit securior: quia et sibi
 prestat obsequium cum interit et christo cum interimit: neque dum occidit male-
 factorem homicida: sed ut ita dixerim mactida et plane vindex ac des-
 fensor: reputatur christiano. In morte enim pagani christiani merito glo-
 riatur: quia christus glorificatur. Redite ergo ad cor: o christiane religionis tu-
 tures: duces fidelis populi: custodes domini gregis. **E**xpugnate quiesce
 euangelice animo: intelligite et erudimini qui iudicatis terram. **E**t si for-
 tassit qualiter fracti desperatione (quod deus auertat) aut alia difficul-
 tate vetera illa sancte terre ierosolimitane: que deplango damna: resar-
 tire impossibile arbitramini (quod non sit impossibile apud deum: si modo
 boni emulatores et suorum ultores iniuriarum atque blasphemiarum essetis)
 noua saltem in dies et vicina mala que relique parti atque christiane nostre
 reipublice inferuntur: ardentius cordi accipite: propulsate studiosius:
 neque semper negligenda putaueritis ad eius usque ultimam intercessionem.
Videtur christianissimi principes: quo deuentum sit: in que oceanum angustis
 huius detenta sit pridem ipsa ecclesia. **E**t quia lata in qua angustia euase-
 rit: paucis emensis annis: sciatum est vobis. **N**eque ignoratis quo iam in por-
 tu consistat. **S**ed quorsum feror. **Q**uid verbis frustra mitor. **D**e ad sit-
 periora redeam: ad institutum scilicet mei sine principale: a quo: quo nescio
 zelo longius euectus sum)

Ad vos o serenissimi reges et principes: **A**d vos quoslibet secularium di-
 gnitatum magnificos administratores: hec una petitumla mea dirigit.
 hec michi supplicat ad vos deprecatur: ut maiorum vestrorum videre anala: di-
 gnas memoratu historias relegere: reuoluere sortita facta patrum: non gra-
 uemini: laroli videlicet quondam magni et christianissimi imperatoris: qui cir-
 ca annos domini Dccingentos et duos: vocatus a patriarcha ierosolimi-
 tano et ab imperatore constantinopolitano rogatus cum exercitu copio-
 sissimo veniens ierosolimam recuperavit: et terram sanctam vniuersam de
 manibus infidelium eripuit. **H**ispaniam quoque totam perdomuit: habes secum re-
 ges et duces: comites et milites: omnes gloriosos milicie preconijs insignes
Inter quos tamen **R**olandus comes cenomaniensis miles strenuissi-
 mus: in rebus bellicis pre ceteris clarior: resulsit: vir diua memoria dignus
 qui mortis sacre copendio ibidem victorioso triumphans: vitam haud dy-
 bium possidet beatam: celosque petiuit sanguine laureatus. **I**temque gesta
 infatigabilis viri et illustrissimi ducis lothringie **G**osfredi de bullion
 cognominati: mente recogitare: quo duce iterum circa annos gratie mille
 nonaginta nouem ierusalem eruta fuit: et ditioni turcorum subtracta
 qui ea ante ceperant et tenuerant per annos circiter centum vel paulo plus.
Hic duos propter epimias suas et pene diuinas virtutes: resque milita-
 res optime gestas: primas omnium voto et consensu factus est rex ieroso-
 limitanus: in quo regno septem successiue reges christiani per octoginta octo
 annos fuerunt. **D**eficientibus tandem auxilijs occidentalium regionum post
 diuturnos sudores: acerrimas et assiduas pugnas cum hostibus atque pluri-

1099.